

quod boni adamantes ad nostras partes ferantur set solummodo ad magnum can
& ad reges & barones illarum diuersarum regionum & regnorum quoniam illi habent
magnos thesauros & acquirunt omnes bonos lapides. de adamantibus diximus
dicemus nunc de alijs rebus. nam in [i]sto regno fiunt meliores bucheranj &
pulciores & subtiliores qui reperiantur in mundo & qui sunt maioris ualoris
nam uidentur sicut telle de lino derens* & non est in mundo rex neque regina
qui propter pulcritudinem & honorem non indueret ipsos habent insuper bestias
multas & maiores arietes qui reperiantur in mundo. habent magnam habundantiam
de omnibus uictualibus. alia non sunt ibi dicenda & ideo ab isto regno discedentes
dicemus de loco ubi est corpus beati thome apostoli. /Hic naratur ubi est corpus
beati thome apostoli/

78r° **C**orpus quidem beati thome apostoli est in prouincia Maabar in quadam *corpus beati thome apostoli*
ciuitate parua in qua sunt pauci mercatores & homines neque illuc ueniunt *est in prouincia maabar*
quia ibi sunt pauca mercimonia que illinc possi[n]t extrahi & etiam & hic ueniunt multi
locus multum deuius est. bene uerum est quod multi xpistiani & saraceni illuc *xristiani & saraceni*
ueniunt propter deuotionem Nam saraceni illius contracte habent magnam &c.
deuotionem in ipso dicunt enim quod fuit saracenus & quod magnus propheta
est & nuncupant eum auarium quod est dicere sanctus homo xpistiani qui ecclesiam
custodium multas habent arbores. que uinum faciunt & que nuces pharaonis
producunt nam de una nuce pasceretur unus homo cibo & potu habent enim
primum corticem exteriorem in qua sunt sicut fila que in multis exercentur & ad
multa ualent(?) sub illa prima cortice est unus cibus de quo suficienter pascitur
unus homo est equidem sapidissimus & dulcis ut zucarus albus ut lac & est factus
cupus admodum corticis exterioris & in medio illius cibi est bene tantum acque
quod una fiela impleretur que acqua est clara & frigida et perfectissimis saporis
quam acquam dum homo nucleum comederit bibit & sic de una nuce saturatur
homo unus cibo & potu & pro qualibet arborum istarum soluunt *xristiani* uni ex
quatuor fratribus regibus in prouincia maabar in quolibet mense groso uno. &
dicemus uobis de mirabilibus que ibi sunt. Noueritis itaque quod xpistiani qui
78v° illuc propter deuotionem accedunt accipiunt de terra ubi fuit mortuus sanctus
thomas & illam terram in eorum patriam perportant & dant ad potandum de ista
terra pacientibus febres tercianas uel quartanas & statim cum eger potauerit
liberatus est & hoc accidit omnibus egris potantibus hanc terram terra quidem
rubea est & dominus marcus de hac terra secum portauit venecijs & multos liberauit
cum ipsa. item dicemus uobis de quoddam pulcrum miraculo quod accidit ibi
supranominatus rex quoddam tempore habebat magnam quantitatem cuiusdam
bladi quod nuncupatur risum & de isto blado impleri fecit ecclesiam sancti thome

*The second e is dotted, as if to make *derins*